



Praxis Avrea Qvotidianarvm Rervm Ecclesiastici Fori

In qua Variæ Iuridicæ Resolutiones ex approbatis traditionibus Doctorum, atque diuersorum Tribunalium, præsertim Rotæ Romanæ, Decisionibus, excerptæ, continentur; Opvs Qvatvor Partibvs Distinctvm

Continens Tertiam, & Quartam Partem: Quibus, hac nostra editione ab innumeris mendis repurgata ...

Riccio, Giovanni Luigi

Venetiis, M.DC.LXXIV.

Praxis Pvnienti Regvlares. Recedentes ab eorum Conuentibus, prætextu recursus ad Superiores supremos.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98599](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98599)

allegationem compilauit Maur. registratam num. 41. volui illam per extensum inferere.

- 3 in causa Reuerendiss. Domini Nuntii Apostolici contra Marg. nobilis Sedis Portæ nouæ Ciuitatis Neap. asser-
tos extauritarios Cappellæ seu Altaris Sanctæ Crucis con-
structæ intus Ecclesiam S. Mariæ ad Cosmodium huius
Ciuitatis super petita solutione decimarum nomine dictæ
Cappellæ, vt ex processu, & actis.

Prima consideratione dici posset dictos nobiles non te-
neri ad decimas prædictas, ex quo sunt puri laici, quorum
collegium est immune à solutione dict. decimarum, prout
per plura media cõcludit D. Matthæus de Afflict. in tract.
iuris congrui 11. col. dum discuit q. vtrum in bonis ex-
tauritariorum habeat locum ius congrui allegando Ioan.
de Imol. in Clem. per literas de præben. & referendo etiã
quod alias Rex Ferdinandus asseruit extauritas non tene-
ri ad decimas persolueudas, vt vbi per eum, quod ipsi sint
extauritarii administrauerint bona per eos possessa nitun-
tur in possessione centum annorum, quam asserunt bene
probasse, quæ possessio habet vim tituli, seu priuilegijs, hoc
iure S. ductus aque ff. de aqu. quot. & astu. cap. 1. de re-
script. in 6. cap. super quibusdam, extra de verb. signific.
cum alijs vltim.

Fortificatur prædicta ex multis instrumentis antiquis
præsertim per dictos nobiles, in quibus assertiue, seu enun-
ciatiue fit mentio de extauritis, & quod d. nobiles sunt ex-
tauritarii S. Mariæ in Cosmodium per quæ instrumenta
bene probatur ipsos esse extauritarii Cappellæ S. Crucis
intus Ecclesiam prædictam S. Mariæ constructæ, ita puen-
tialiter dixit Bald. in l. cum aliquis, C. de iure deliber. di-
cens, quod instrumenta antiqua facientia mentionem de
confinibus enunciatiue, vel assertiue probant illa confinia
ibi mentionata, quem sibi sequitur Salic. & Iacob. Butr. in
l. optimam, C. de contrahend. & committ. stipulat. Anton.
de Butr. in c. cum dilectus extra de success. ab intest. &
Franc. de Aret. in consil. 42. incip. viso conti. elegantissimo.

Attamen his non obstantibus dico ipsum Dominum
Nuntium posse exigere d. decimas de bonis per ipsos no-
biles detentis tanquam spectantibus ad Ecclesiam San-
ctæ Mariæ, & Cappellæ ibi constructam, & signanter ad
Cappellam Sanctæ Crucis ibi fundatam, prius tamen præ-
supposito, quod dicti nobiles allegant quandam Cappellam
S. Crucis intus dictam Ecclesiam fundatam fuisse, & esse
extauritam, vt in articulis, & multis eorum comparatio-
nibus habetur, alio etiam præsupposito, quod Ecclesia San-
ctæ Mariæ in Cosmodio est Parochialis, & dicta Cappel-
la est constructa intus dictam Ecclesiam, prout tam dicti
nobiles, quam ipse D. Nuntius plenè probauerunt.

RESOLVT. CCCXXVI.

- 1 Priuilegia concessa Ecclesiæ trahuntur ad Extauritas
pia causa, & Ecclesia parificatur.
- 2 Priuilegia Ecclesiæ concessa trahuntur ad hospitalia.

Priuilegia concessa Ecclesiæ An trahantur
ad Extauritas.

- 1 Affirmandum est, quod priuilegia concessa Ecclesiæ
trahuntur quoque ad extauritas, cum tunc bene
appellantur loca pia, vnde tanquam tales gaudere
possunt priuilegijs Ecclesiæ, cum qualibet pia causa
gaudeat eisdem priuilegijs, quibus gaudet Ecclesia,
Io. Andr. Anchar. & Domin. in c. 1. nulli ante finem de
rebus Eccles. non alien. vbi adducit rationem, quia pia
causa, & Ecclesia æquiparantur de iure, vt latius pro-
sequitur Nouarius in suo aureo tract. elect. fori quæst.
50. sect. 2. in vltima impressione, vbi idem firmat regu-
lam, quod sicuti Ecclesia habet beneficium electionis
fori, de quo in l. vnica, C. quando Imper., ita pariter;
& pia causa.

Facit etiam pro comprobatione, nam in simili vi-

demus, quod priuilegia concessa Ecclesijs competunt
etiam hospitalibus, omnia C. de Episcop. & Cleric. §.
final. auth. de Eccles. tituli. Ruiu. consil. 7. nu. 7. volum. 3.
Dec. consil. 488. num. 14. Alex. consil. 9. num. 5. vol. 2.
3 Nouarius qui plures alios adducit concordantes, &
multa corollaria facit in eodem tract. de elect. & va-
riat. fori quæst. 54. sect. 2., ergo idem dicendum est fa-
uore extauritarum, quia valere debet argumentum
de hospitalibus ad extauritas, & è contra de extauri-
tis ad hospitalia, & vni concessum debet habere lo-
cum in alio, sicuti alteri prohibitum, debet esse quo-
que prohibitum, & alio.

RESOLVT. CCCXXVII.

- 1 Extauritarij, & Administratores Ecclesiarum tenentur
reddere rationem administrationis.
- 2 Episcopi exigunt rationem ab Administratoribus loco-
rum piorum.

Extauritarij an cogantur reddere rationem administra-
tionis factæ coram Episcopo.

Præstatur tam in Ciuitate Neapolis, quam & ali-
bi, vt extauritarij cogantur dare rationes gestæ
administrationis coram locorum Ordinarijs, quæ pra-
xis corroboratur, nam Administratores, tam Eccle-
siastici, quam laici fabricæ cuiusvis Ecclesiæ etiam
1 Cathedralis, Hospitalis, Confraternitatis, elemosy-
næ, Montis pietatis, & quorumcumque piorum locorum
rationem reddere tenentur singulis annis suæ admini-
strationis Ordinario, consuetudinibus, & priuilegijs
quibuscumque in contrarium sublati, nili secus fortè
in institutione, & ordinatione talis Ecclesiæ, seu fabri-
cæ expresse cautum esset, hæc sunt formalia ferè ver-
ba Concil. Trident. sess. 22. de reformat. ca. 9. de cuius
materia vide Gutierrez lib. 1. c. 35. n. 19. cum seq. Flo-
res variat. resol. quæst. 2. num. 180. cum multis seq.
Stephan. Gratian. dilectation. forens. c. 395. Gonza-
les ad regul. 8. Cancellariæ glof. 5. n. 45. & glof. 29. n. 3.
Modern. de iurisdic. p. 2. cap. 18. num. 6. 9. & 10. Rota
Roman. apud Farinac. decil. 355. par. 1. tom. 1.

2 De omnibus locis pijs Episcopo ratio reddenda est
ab Administratoribus, siue ea sint publica, siue priua-
ta Ecclesiastica, vel laicalia refert decifum Armenda-
riz in addit. ad recopil. Regum, Nauar. lib. 12. tit. 18. l.
7. num. 78. possint ab huiusmodi Administratoribus
rationis administrationis exigi, donec coram eorum
Ordinario doctum fuerit de institutione, in qua secus
expresse cautum sit, prout decifum refert Modern.
de iurisdic. dicto loco, & Episcopi valent laicos com-
pellere ad executionem, vt tenet Stephan. Gratian.
Marchiæ dec. 189. dub. 2. & hæc potestas transit in
Capitulum Sede vacante. Quarant. in summa Bullarij
verbo Capitulum vers. 7. pag. 136. praxis Episcopalis. p.
2. verb. Capitulum §. 9.

Si quis autem Administrator piorum locorum vi-
dens se constrictum ad reddendam rationem suæ ad-
ministrationis appellaret, licet admittatur appellatio
non propter hoc impeditur, aut suspenditur executio,
ita refert decifum praxis Episcopalis. par. 1. verbo Hos-
pitale §. 3. versic. 6.

PRAXIS PVNIENDI REGVLARES.

Recedentes ab eorum Conuentibus, prætextu
recursus ad Superiores supremos.

RESOLVT. CCCXXVIII.

- 1 Pana contra recedentes ab eorū conuentibus reponitur.
Quid

Quid Sanctum fuerit per Concil. Triden. circa recessum Regularium à Conuentibus abque licentia.

- 1 **C**oncilium Tridentinum sess. 25. de Regularibus c. 3. prohibet recessus Regularium ab eorum Conuentibus, per hæc verba, *Præcipit non licere regularibus à suis conuentibus recedere, etiam prætextu ad suos Superiores accedendi, nisi ab eisdem missi, aut vocati fuerint, qui verò sine prædicto mandato in scriptis obtento reperiuntur fuerint ab ordinarijs locorum tamquam desertor sui instituti puniatur.*

RESOLVT. CCCXXIX.

- 1 *Confugere ad Superiorem An liceat monacho si male tractetur à Prælo, & num. 2. & 4.*
3 *Puniatur scandalum præbens.*

Regularis recurrens ad Superiorem propter austeritatem Prioris an incidat in penas Concilij.

- R**Amirez in suo doctissimo tractatu de confirmatione ordinis Diui Iacobi, declarat. 4. quem refert, & sequitur Rodriquez in consil. 77. n. 15. & seq. & Cenall. lib. 1. communium contra communes q. 33. Mordicus firmat non esse licitum alicui Religioso etiã si male tractetur, confugere ad Prælatum superiorem absque licentia Prælati inferi propter eius austeritatem, vel propter aliam causam, & tales confugientes puniri debere à superioribus grauibus pœnis.

- Cuius doctissimi viri sententiam, veram esse existimo duobus concurrentibus.
2 *Primo, vt cum scandalo Regularis pergat ad superiorem absque licentia: ratio est, quia in iure valde puniuntur scandala præbentes, vt probat text. & ibi latissime Felyn. qui effectus scandali colligit, in cap. nihil cum scandalo de præscriptionibus, Lapus allegat. 37. Clauas. in eius summa vers. scandalum, Monald. in consil. 97. vol. 1. præsertim in Regularibus, in quibus Conc. Trid. aggravat penas, vt patet in sess. 25. de regularibus c. 14.*
4 *Secundò requiritur, vt regularis valde grauatur à Superiore inferiori, quia in tali casu vbi supra modum grauatus, & absque scandalo accedit ad superiorem, vt ipsi à tali grauamine subleuet, hoc casu videtur appellare posse, vt optimè per Rodriquez tom. 1. quæstionum regularium quæst. 30. art. 3.*

RESOLVT. CCCXXX.

- 1 *Concilium Tridentinum non tollit iustam appellationem.*
2 *Abbatibus consensus non est necessarius, vbi ipse Abbas est inquirendus.*
3 *Adire Superiorem ob iustum grauamen sapit naturam appellationis.*
4 *Clausula appellatione remota non tollit grauamen irreparabile.*

Regularis grauatus recedens à Conuentu absque licentia Superioris cum appellatione ad supremum Superiorem an puniri possit.

- 1 **I**dem Rodriquez loco supracitato firmat Concilium non voluisse derogare, vel tollere iustam appellationem in tam graui ratione fundatam, ca. suspicionis de appellationibus c. ex parte, vbi latissime Felyn. de rescriptis præsertim, vt non sit petenda licentia ab eo ad cuius grauamen tollendum adit Superiorem, cuius sententia infra dicendis comprobatur fundamentis.
2 *Primò per glos. in c. cù pastoris 2. quæst. 2. vbi probatur non esse necessarium Abbatis consensum quoties subditus vellet accusare ipsum Abbatem confert Praxis Aloys. Ricc. Pars IV.*

ad hoc text. cum ibi traditis in ca. ex parte de accusationibus, Rota in decil. 3. eod. tit. Trentacinq. in consil. 4. n. 1. & seq. vol. 1. Surgent. de Neapol. illustrata lib. 1. c. 25. n. 21. Giurba consil. 69. n. 18. vbi plura.

Secundò ex text. in c. de prioris, de appellationibus, vbi iubetur castigari prior, quia appellationem non admittit, latissime Scaccia in eius tractatu de appellationibus lib. 2. quæst. 2. nu. 16. & seq. glos. in c. cum appellationibus de appellationibus in 6. Quarant. in summa Bullar. in verb. Archiepiscopi autoritas quæst. 3. Achill. de Grassi. in decil. Rot. 7. de appellationibus.

- 3 *Tertio ex text. in cap. dilecti de appellationibus, vbi adire superiorem ob iustum grauamen habet vim appellationis præsertim apud religiosos, cum appellationem non videatur prohibere Concilium, & consequenter nec vt valde grauatus per viam iusti grauaminis, & appellationis iustæ, verbo, vel facto possit adire superiorem ad conquerendum de illo.*

Quarto ex Consil. Nauar. 6. de appellationibus, vbi si per S. C. hoc prohiberetur, esset obuiare iuri naturali tollendo appellationem l. 1. ff. de appellationib. Hinc est, quod clausula appellatione remota non tollit grauamen notabile, Gratian. in decil. 128. Doct. in c. pastoralis de appellat. & fuit decisum in Rota apud Verrallum decil. 3. part. 1.

Quinto ex eodem Nauar. qui eandem opinionem defendit in c. nullam 18. quæst. 2. nu. 52. dicente Concilio Tridentino non vetare appellare, sed adire superiorem sine licentia Prælati, quod longè aliud est, idè docet Nauar. lib. 2. consil. 4. de appell. intelligendumque esse dictum Concilium de illo, qui non grauatur sine vlla appellatione ad superiorem ire vult, eo solo quod præterdat licere sibi adire illum sine Prælati immediate licentia petita salua iusta de causa.

Sexto probatur pulcherrimè ex Rodriq. tom. 1. quæst. 29. art. 2. Arag. 22. q. 69. art. 3. Soto li. 5. de iustitia, & iure quæst. 6. art. 3. idem Rodriq. in summ. de ordine c. 13. num. 4.

RESOLVT. CCCXXXI.

- 1 *Reus quando excusatur à fuga.*
2 *Iuste fugiens non dicitur fugitiuus.*
3 *Rekursus ad Superiorem non est prohibitus.*
4 *Ius superioritatis à Principe abdicatum non censetur.*

Regularis recedens à Conuentu prætextu grauaminis, ac iustæ appellationis an possit capi, & detineri per Ordinarium loci.

- 1 **N**auarr. vbi supra tenet, quod licet Ordinarius iuste possit capere talem regulare per suum territorium transeuntem iuxta dispositionem dicti Concilij, non tamen iuste retinere, nec punire si fidem fecerit se Iudicem grauare, vel grauaminis prætextu iter arripuisset ad Superiorem, & licentiam in scriptis non deferret secum, quia noluit eam sibi concedere Prælatus à quo appellauit, aut iuste metuit eam petere, vel quia ob appellationem, vel licentiæ petitionem in carcerem iniuste coniectus fugit.

2 *Cuius conclusionis ratio est, quoniam cum recursus hoc in casu non prohibeatur, impediendus ergo non est ad text. l. cuiusque 3. respon. ff. ad l. iul. maiest. ex quo Doct. inferunt Barones eorū Vassallos prohibere non posse ne Regem adeant, & qui eos prohibuerit in læsæ Maiestatis crimen incidet, Apen. in l. 1. ad fin. C. vt nemo ad suum patrocini. lib. 11. Pute. de Syndic. rubr. de excess. Baron. San Baro. Capan. in c. grauamina n. 60. Anna singul. 62. Afflict. decil. 265. n. 97. & ibi Vrsill. n. 101. Boer. decil. 215. nu. 28. Capyc. decil. 130. num. 10. Surgen. de Neap. Illustr. lib. 1. cap. 25. num. 13. Præterquam in suæ iurisdictionis præiudicium, Fab. in*

M m 3 leg. 1.

leg. 1. C. de offic. praefect. vrb. Boer. decif. 114. Mastrill. decif. 9. nu. 5. ac ne coram alio Iudice inuito Domino litigent. Frecc. de subfeud. lib. 2. auth. 10. num. 10. & in terminis, quod Vassalli prohiberi non possint ne Regem adeant, & si Barones pro eorum negotijs non possint ad eum mittere in consilio Prorege, ac sine suis literis, edocuit Maynard. in constit. in aliquibus, glos. Comitum, & Baronum n. 54. Trentacinq. conf. 4. num. 4. Surgen. c. 25. num. 21.

RESOLVT. CCCXXXII.

- 1 Episcopus nequit retinere Regularem, qui transit per suum territorium absque licentia Superioris.
- 2 Recursus, ubi non est prohibitus non venit impediendus.
- 3 Vassalli non possunt prohiberi ne adeant Regem.

Regularis recurrens ad Superiorem supremum absque licentia Praelati inferioris timens ne ipse sauiat, an incidat in penas Concilij.

- 1 **R**espondeo minimè incidere, nec ab Ordinario loci puniri posse, nam si quis metu Iudicis fugiat timens ne ipse sauiat, aut quid iniustum in eum committat excusatur à fuga leg. contra pupillum ff. de re iudic. Bertaz. consil. crimin. 468. Canalcan. consil. 12. Boer. decif. 215. Calefat. conf. 87. Valenzuol. consil. 50. Vrsill. ad Afflict. decif. 265.
- 2 Hinc est, quod seruus, qui iuste aufugit non dicitur fugitiuus l. quod sit fugitiuus, §. 1. ff. de edil. edict. Beltrand. conf. 41. & qui fugit ad Dominum, fugere non dicitur, Ceppoll. in l. si quis sit fugitiuus n. 21. Nec qui ad Superiorem accedit, ut iustitiam assequatur, Paris. de Syndic. verb. fuga officialis c. 2. n. 4. Nec in penam fracti carceris incidit, Hostiens. Innoc. Abb. n. 19. c. vt debitus de appellat. Iacob. à S. Georg. l. 1. nu. 9. C. de seru. fugit. Boer. decif. 215. Mastril. decif. 295. Menoc. de arbit. ad cas. 301. Marta dec. 234. Mascard. de probat. conclus. 820. cum carcerationis timore 15. fugisse praesumatur cuius causa est inquisitio, vel accusatio quam nemo innocens pati vult, Bart. l. 1. ff. de bon. eorum, & alij, licet citatus ad huc non fuerit reus, Dec. conf. 283. Paris. conf. 133. Menoch. conf. 284. n. 25.
- 4 Ratio rationis est, quoniam recursus ad Superiorem non est prohibitus licet prohibita ei sit appellatio, Rom. conf. 323. nu. 14. & ibi Scholast. verb. officij, Menoch. de arbit. q. 70. Franch. decif. 148. Tusch. lit. R. conclus. 64. Cancer. 3. resol. cap. 18. quia recursus inter regalia est, quae non abdicantur à Rege, Oliban. de offic. ca. 3. Imò ijs in casibus quibus recursum à se abdicare permittitur, nec in totum à se abdicare posset, dict. Oliban. de offic. cap. 11. Cum nec ius superioritatis à Principe abdicatum censeatur, Bald. l. fin. C. de iurisdic. omni. iudic. Natta conf. 487. n. 12. Inferioris ergo Iudicis iudicium non redditur elusorium, quia si ea in causa ad Superiorem recurrit reus cuius prohibita fuit appellatio Iudicis, à quo manus non sunt ligatae in suam sententiam exequendo donec sit inhibitus, Abbas in c. pastoralis de appell. Marant. tit. de appell. Ludouic. Rota decif. 435.

RESOLVT. CCCXXXIII.

- 1 Carcerem non dicitur frangere, qui ad Superiorem recurrit, nec rumpit fideiussionem, num. 2.
- 3 Arreptio itineris habet vim appellationis.

Regularis recedens à Conuentu absque licentia superioris, an dicatur apostata si ad Superiorem fugit.

- 1 **R**espondetur negativè, si quidem recurrendo ad Superiorem non dicitur apostata, sicut à simili car-

cerem non frangit, qui ad Superiorem fugit, Hostiens. Innoc. Abb. n. 19. c. 14. debitus de appellat. Iacob. à S. Georg. l. 1. nu. 9. C. de seru. fugit. Alber. l. & si post tres ff. si quis cauti Perez l. 34. ad finem, Boer. decif. 215. Mascard. de probat. conclus. 820. Mastrill. decif. 295. Marta decif. 234. Nec officialis à sindicatu fugisse dicitur qui M. R. C. adiit Carrau. de sindicat. p. 1. n. 214. Nec in stipulatam fideiussionis penam incidit ex Rit. 163. Gramm. conf. 42. Vrsill. dec. 130. Anna singul. 561. Caball. resolut. crimin. cas. 42. Quia itineris arreptio appellationis loco est, c. cum olim de dol. & contum. c. cum causam de officio deleg. c. audita de restitution. spoliat. Ioannes Andr. c. dilecti. de appell. Angel. l. cū quidam ff. eod. Boer. decif. 215. Lācellor. de attent. 1. par. c. 11. Marta decif. 134. Tufcus lit. l. conclus. 366.

RESOLVT. CCCXXXIV.

- 1 Reus exiens à domo sibi pro carcere assignato, num. contrauenit.
- 2 Discedens animo redeundi, in penam non incidit.
- 3 Rediens spontè non dicitur habuisse malum animum.

An recessus Regularium absque licentia sit punibilis, ubi poenitentia ductus statim redierit.

- 1 **N**on esse punibilem examinauerunt à simili loquendo Bald. in conf. 37. num. 2. & seq. volum. 2. Alex. in conf. 52. Vulpell. in conf. 12. nu. 22. & seq. pro quorum sententia comprobatione adducitur Carrer. in praxi tit. de inditijs, & torturis §. tertium inditum, ubi poenali stipulationi non contrauenitur si à domo pro tuto carcere reo assignata exierit reus, & postmodum statim redierit, Bald. in l. 1. nu. 7. C. de edict. edict. & in l. 1. n. 5. C. de seru. fugitiuis, Rom. conf. 193. Grammat. in consil. 57.
 - 2 Comprobatur secundo, pariter à simili, quod discedens animo redeundi in penam minimè incidat, Lanar. in conf. 7. num. 10. Grillenz. in conf. 132. n. 19. late Nouarius forens. quasi. 28. tom. 1.
 - 3 Comprobatur tertio, ex conf. Giurb. 34. ubi satis durum est si ex paruo intervallo committatur pena, ut mora purgari non possit, Bertaz. in consil. 303. Laderch. in conf. 197. cum mora brevis non cōsideretur, Nouarius loco citato n. 7. ubi etiam, quod momentanei actus in poenalibus non sunt in consideratione.
 - 3 Quarto comprobatur, quia recedendi animum non praesumitur habuisse qui spontè redijt l. nihil interest, ff. de postliminio reuersis, nec carcerum efractor est, qui reuertendi animo ab eis exierit, Alex. ad Bart. in l. 1. ff. de efractatoribus, Boer. in decif. 215. n. 17. Hondded. conf. 94. Mascard. de probat. conclus. 266. nu. 22. Farinac. q. 30. num. 149.
- Et ratio supradictorum omnium comprobationū est, quoniam illic censetur reus persistere, ubi redeundi animum habere constat, Bart. in c. citata l. nihil interest, Bald. in conf. 91. n. 6. & seq. & Lanar. in citat. conf. 7. nu. 10. nec sufficit inobedientia actus, sed dolus requiritur, Merlin. in decif. 25. nu. 2. Viuius decif. 505. & Giurba ubi sup. n. 9. & seq. ubi nonnulla similia ad huius dubitationis comprobationem more suo adducit.

RESOLVT. CCCXXXV.

- 1 Iuri suo quilibet renunciare potest.
- 2 Vouens castitatem renunciat iuri quod habet.

An sit aliqua Religio, in qua eius Regularibus denegetur recursus, seu appellationis refugium.

Sanctissime in Constitutionibus Ordinis Fratrum Prædicatorū interdicitur ipsis religiosis appellatio, licet

tio, licet enim oppressis ius naturale subueniat per appellationis beneficium, tamen quicumque potest si vult huic iuris naturalis subsidio renunciare, & eo ipso quod aliquis in prædicta Religione professione emit- tit, & secundum illius ordinis leges, & constitutiones vivere vult huiusmodi recursum denegantes, præter- quam in capitulis, aut visitationibus videtur huic pri- uilegio, & favori naturali renunciare, quia quemadmo- dum vouens castitatem renunciat iuri quod habet ad contrahendum matrimonium, & manet alligatus ad vi- uendum in statu cælibatus, & vouens pauperatatem re- nunciat libertati à iure naturali sibi concessæ ad obtinē- da, & possidenda bona temporalia, & adstringitur in pauperate perpetua vivere, & per obedientia votum renunciat libertati iure naturali sibi competenti, & subditus alligatus, aut religatus remanet. Hoc ipsum dicendum est de appellationibus postquā Bonifacius Papa IX. quibusdam literis datis Romæ anno 1302. eas appellationes abstulit à prædicto sacro Prædica- torum Ordine, itaque quomodocunque Religiosus sit granatus per sententiam à suo superiore admittenda est appellatio, & sic si ea non obstante executioni mā- dabitur sententia Superioris erit articulus violentiæ nisi contrarium per constitutiones, & ordinamēta or- dinis fuerit dispositū, vt in c. ad nostram de appellat.

RESOLVT. CCCXXXVI.

- 1 Læsus iniuria affligitur.
- 2 Religiosis excluditur aditus ad Regia Tribunalia.

Cur facultas appellandi, ac recursum, sit sublatus aliqui- bus Religionibus ad ornatum cap. ad nostram de appellat.

Respondeo cum Rodriq. to. 1. quæst. 29. art. 3. & in summa in fine tit. de ordine iudic. ca. 13. num. 5. Couarr. in practic. c. 23. vers. 6. vers. 8. Zerola 2. par. §. Regulares vers. 6. per quam sanctè in plurimis Reli- gionibus appelladi vsum fuisse abiectum, nam quam- uis fortasse euenire aliquando possit, vt Monachus ali- quis iniuria læsus affligatur, hæc tamen damna, quæ rarissimè contingunt pace, & quiete totius Religionis compensantur, cum illius neruus atque decus in eo maximè consistat, vt altissimo silentio inter fratresq; sua est professio, vt planiter tractent, & transigant nec se seculo prodant, aut saltem non faciliè causas extra religionem deducant, ex quo non leues perturbatio- nes, ac iurgia oriuntur in grauissimum Religionis de- trimentum, & ob hanc causam excluditur religiosus in Hispania aditus ad Tribunalia Regia per viam violē- tiæ ex l. 40. tit. 5. lib. 2. Aduertendum tamen est ex Nau. lib. 2. de appell. conf. 4. quod id quod dicitur non licere religiosis appellare, quia illis interdicta appel- latio intelligendum est, quando non est excessus in correctione, & mandata, vel præcepta Superiorum, sunt rationabilia, & legitimè facta, vt diximus in quæst. 74. nu. 24. & in lectura glos. 5. nu. 19. Caterum si superior in ijs deficiat potest religiosus appellatione, tanquam iuris naturalis subsidio se tueri.

PRAXIS REPARATIO ECCLESIARVM.
& Cappellarum.

Iuxta Concilium Tridentinum sess. xxj. Canon. vij.

RESOLVT. CCCXXXVII.

- 1 Reparatio Ecclesiæ Cathedralis spectat ad Episcopum, quod declaratur, vt num. 4. 5. 6. & 8.
- 2 Reparatio Ecclesiæ parochialis spectat ad parochum, Aloy. Ricc. Prax. Pars IV.

- 3 Reparatio Ecclesiæ spectat ad percipientes fructus ab ea.
- 4 Consuetudo attenditur in materia reparationis.

Quis teneatur ad reparationem Ecclesiæ Cathedralis.

Ecclēsiā Cathedralē egentem reparatione te- netur Episcopus reparare, lo. Gall. 9. siue Arresto 293. post Stephanum Aufser. in decis. Cappellæ Tholof. 500. Renat. Choppin. de sacra. forens. Polit. lib. 3. c. artic. 11. quos sequitur Geraldus Maynardus, in decis. Tholof. 40. lib. 1. Reufnerus in decis. 1. lib. 4. num. 30.

2 Eodem etiam modo parochialem Ecclesiā illius Rector reparare tenetur, vt voluit Cappella Tholof. in decis. 499. Valasq. in decis. 179. n. 7. & decreuit Cōc. Trid. sess. 21. c. 7. incip. cum illud, vide Pappo. Arrest. Curia lib. 1. tit. 1. Arrest. 12.

3 Et omnes tenentur, qui ab Ecclesia recipiunt fru- ctus decimales. Maynardus in decis. Tholof. 31. lib. 1.

4 Supradicta tamen conclusionis decisio recipit nō- nullas declarationes, quarum prima illa est, inspicien- dam fore consuetudinem, vt is ad reparationem te- neatur, qui consuetudine reparare solitus sit, vt ar- gum. cap. ad Apostolicā extra de Symon. voluit Abb. Panorm. in c. 1. n. 3. de Eccles. edific. & voluit Aufser. in dicta decis. Cappellæ Tholof. 499.

5 Secunda, est simili præcedenti, quod in Ecclesia in qua est quarta reddituum, vel reliquorum deputata pro illius fabrica, & reparatione eroganda est, & tunc nec Episcopus suam, nec Rector parochialem suam reparare tenebuntur, prout Simplicius, & Gregorius Summi Pontifices statuerunt in c. quatuor. c. de reddi- tibus, c. cognouimus 12. q. 2. Hostiens. in summa tit. de Ecclesiæ edific. §. 1. in fine Panorm. in dicto c. 1. & Aufser. in dicta decis. 499. Ripa li. 3. Responsor. c. 22. n. 3. post alios, Aluarus Valasc. consult. siue decis. 1079. n. 7. cum his quæ allegat. Fufchus de visitat. lib. 1. c. 10. n. 15. 16. nouissimè renatus Choppin. de iure Cæno- biorum lib. 1. tit. 2. art. 11. Maynard. in decis. Tho- lof. 41. Petr. Gregor. Syntagmat. iuris vniuers. lib. 2. c. 1. num. 12.

6 Tertia declaratio, non teneri Episcopum non Præ- latum ad Ecclesiæ reparationem, si ab hostibus sit de- structa, vt censuit Arrest. Curia Franciæ 69.

7 Quarta declaratio est, vt tunc Prælati, & Rector teneatur ad Ecclesiæ reparationem, deductis tamen ijs, quæ pro necessitate vti possint, & sic de superfluis tantum teneantur, vt dicit Cappell. Tholof. in dicta decis. 599. Hostiens. Panorm. & Aufser. in locis allega- tis, Valasc. in dicta consultatione, siue decis. 179. n. 22. & 23. & 26. & in hoc casu est fructuum modicitate, & insufficientia, non tenentur argum. c. decernimus 10. q. 1. c. de his de Eccles. edific. & voluit Concilium Tri- dentinum sess. 21. c. 7. incip. cum illud, ibi, qui si non fuerint sufficiens, quod aduertit Costa de remed. sub- fidiar. remedio 106. illatione 2. num. 1. 2. & 3.

8 Quinta declaratio sit, vt his omnibus deficientibus teneantur subditi, & Parochiani cum ibidem recipiāt Sacramenta, argum. c. si Episcopus de offic. ordin. in 6. Panorm. in dicto c. 1. n. 3. & 4. in cap. de his num. 3. & 4. eodem tit. Aufser. in dicta decis. Cappella Tholof. 499. Valasc. in dicta consultatione, siue decis. 1079. n. 26. cum pluribus seqq. Const. de modicitate reddi- tum Ecclesiæ, quod & probauit etiam Sacrum Tri- dentinum Concilium in dicta sess. 21. c. 7. supra allega- to, Fufchus de visitat. lib. 1. c. 10. sub nu. 16. Maynardus decis. Tholof. 32.

Eoq; casu Parochiani tenentur ad opera cum ope- ribus manualibus, & cum curribus, & tenentur dare calcem, & camenta vsq; ad finem operis perfecti, & Ecclesiæ edificatæ, Maynard. in dec. Tholof. 32. & in decis. 33.

Mm 4 RESO-